



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. IV. De Congregatione monachorum Sacrae Cisterciensis obseruantiae  
in Hispania.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

*dinandus de Rye*, Archiepiscopus Bifuntinus diplomate Vefontione 10. Iulij anni 1808. dato. Hostiarum miraculosarum vna Fauerniaci remansit, altera, iussu Ser. <sup>morum</sup> Archiducum Alberti & Isabellæ, Burgundiæ Principum, Dolam Sequanorum, maxima pompa, precibus publicis translata est, in festo S. Thomæ Apostoli, eiusdem anni 1608. cui deinde pius Aduocatorum cœtus, sub S. Iuonis patrocinio, Dolæ pridem institutus, sacellum splendidissimum exstrui curauit, quod an. 1614. die 19. Maij idem Reuerendissimus Ferdinandus ritu solenni dedicauit. *Hactenus Chiffletius.*

## CAPVT IV.

*De Congregatione monachorum sacra Cisterciensis obseruantia in Hispania.*

Anno.  
1425.

**R**Eformata ista Congregatio, titulo S. Bernardi, anno millesimo quadringentesimo vicesimo quinto, sumpsit exordium. Auctor illius fuit *Martinus Vargas*, Doctor Theologus & monachus cœnobij Petræ, in Aragonia; qui Roma reuersus, cum alijs duodecim monachis ac sodalibus, in monasterio *Montis Sion*, haud præcul à Toletto, consedit, & veterem disciplinam monasticam in vsum reuocauit, Romano Pontifice approbante. successu temporis, vt fit, varia monasteria exemplo



plo commota accesserunt: sic vt Congregatio  
ista hodie quadraginta ampliùs cœnobia in  
regnis Castellæ, Legionis, Gallæciæ, & Prin-  
cipatu Asturicensi sita cõplectatur. Sũt in his,

Mons Sion, in diœcesi Toletana.

Palasolum, in diœcesi Vallisoletana.

Vallis Bona, in eadem diœcesi.

Nucale monasteriũ, in diœcesi Asturicēsi.

Melonense m. in Gallæcia.

Mons Rami, in diœcesi Auriensi.

Ouila, in d. Seguntina.

Carracedum, in d. Asturicensi.

Morerola, in d. Zamorensi.

Sacra Mœnia, in Castella.

Mons Salutis, in d. Conchenfi.

Superatum, in d. Lucensi.

Spina, in d. Vallisoletana.

Maira, in d. Lucensi.

Offera, in d. Auriensi.

Horta siue Hortus B. Mariæ, in d. Segun-  
tina.

Riuus ficcus, in montibus Burgenfibus.

S. Prudentij monasterium, in d. Calagur-  
ritana.

S. Martini de Castaneda, in d. Asturicēsi.

Armentera, in Gallæcia.

Benauides, in Castella veteri.

Iuncquera, in d. Auriensi.

Saltus Noualis, in d. Legionensi, vulgò  
Sandoual.

Vallis Paradisi, in d. Zamorensi.



Matallana, in d. Vallisoletana.

Herrera, in d. Calaguritana.

Buzedum, in d. Burgenfi.

Vallis Ecclesiarum, in d. Toletana,

Horgia, in d. Tudenfi.

Vallis Dei, in d. Ouetenfi.

Mons ferus, in Gallæcia.

Villa Noua Ossensis, in d. Mindonienfi.

Bellus mons, in d. Ouetenfi.

Vega.

S. Claudij, in d. Auriensfi.

S. Petri apud Gumielam, in d. Vxamenfi.

Azeuerium, in Gallæcia.

Penna Maior, in d. Lucensfi.

Franquera, in Gallæcia.

Præter dictas Abbantias, spectant insuper ad dictâ Congregationē variij Prioratus monachorum, & non pauca virginum cœnobiaz: inter quæ eminet *Hulgense*, & *Bethlehemiticum*, in vrbe Vallisoletana.

Huius porrò Congregationis Abbates nò perpetui (vt in Gallia, Germania, Belgica, & alibi) sed triennales sunt tantummodò. Singulis namque triennijs vniuersi Abbates conueniunt, & comitia celebrant in Palasolenfi monasterio, haud procul à Vallisoletto: & primò Præfectum generalem (quem *Reformatorem* vocant) deinde *Visitatores* generales, ac demum *Abbates* singulorum monasteriorum eligunt atque constituunt.

Habet hæc Cōgregatio varia Collegia Philo-



lofophica ac Theologica, in quibus monachi Cistercienses optimis disciplinis ac moribus imbuuntur: quod exemplum utinam Galliae ac Germaniae nostrae Abbates aemularentur! hoc praesertim tempore, quo tot Haereticorum phalanges Ecclesiam orthodoxam undique oppugnant.

Inter alia Hispaniae collegia, eminent Complutense, quod ea in Academia Ludouicus Strada Abbas Hortensis fundauit, itemque Salamanticense, titulo B. Virginis Lauretanæ clarum.

In utraque Academia plurimi sunt ex Ordine Cisterciensi Doctores ac Professores Theologiae celeberrimi, quos *Cathedraticos* vocant: plurimi item Concionatores facundissimi ex istarum Academicarum aliorumque locorum gymnasijs quotidie, velut ex equo Troiano, prodeunt, magno fidelium commodo, nec minore Cisterciensium gloria atque ornamento.

## CAPVT V.

*De Congregatione Lusitanica monachorum Ord. Cisterciensis.*

**H**uius reformatæ Cōgregatiōis caput est Abbas *Alcobatia*, & cōplectitur ea monachorū

V 4 cœno-